traordinaria puniri poſſit,& quod his duobus concurrentibus ſcilicet, quòd nocere non poſſit dolus, nulla pœna ordinaria, nec extraordinaria imponi poſſit: & ibi loquitur de quadam additione facta quibuſdam capitulis. Sed Alciat.in l.1.§.ſed ſi mihi, in fin.ff.de verb.oblig.quem ſequitur Menoch.de arbitr. ind.caſu 309.nu.7.tenet, quòd falſitas, etiam ſine dolo commiſſa, arbitrio iudicis, puniri debet: & ita ſæpè ſeruaui, & ſeruari vidi.

f *An autem.*] Far.d. q.67.& §.5.n.164. *Roſ.*

g *Item debet Iudex*] Laboret, vt falſitas euitetur. Farin.q.67.volu.3.§. 3.num.106. *Roſ.*

*Item debet iudex omni ſtudio.*] Adde pro concordia teſtium ea, quæ poſui ſupra ad verſiculũ ſcias tamen. Et circa inſtrumẽta ſuſpecta de falſo vide Menoch.de pręſumpt. præſumpt. 20. & 21.& debet iudex conſiderare qualitatem vitij, vt adducatur ad fidẽ per illos gradus, quos conſiderat Bart. in l.admonendi,nu.19.ff.de iure iurã. Curt.iun. in cõſ. 132.n. 10.in fi.& de dict. gradibus latè habetur per Menoch.de præſumpt.lib.1.q.7. *Baiard.*

*num. 71.* f *An autem teſtis non iuratus poſſit argui de falſo, dixi ſupra verſ. tu ſcis quòd dictum.*

45 *Item* g *debet iudex omni ſtudio laborare, vt reos a pœna falſi excuſet, et ideo debet, quantum fieri poteſt, ſtudere, vt dicta teſtium contraria deponentium ad concordiam reducat, ut dixi ſupra lib. 2. §. teſtis. Pariter etiam inſtrumentum iuuare debet omni interpretatione, & diſtinctione, ne falſum iudicetur, vt colligitur ex gl. in l. iuris gentium. §. quod ferè., in verbo Contrarium probetur, ff. de pact. quam dicit eſſe communiter approbatam Curt. iun. in l. ſingularia, poſt nu. 36. ff. ſi cert. peta. Hanc etiam*

321 Dixi etiam, quod circa monetam.] Adde† videndum Fulgoſ.in conſilio 139.vbi latè de falſis monetis, & quibus pęnis eas falſificantes puniuntur, dicens, quod diuerſa ſit pœna, ſecundum qualitatem monetarum, conditionem perſonarum, & terrarum ſtatuta, vel conſuetudines: Vide etiam Nouell. in practica crimin. in rubr. contra monetarios, vbi latiſſimè: vide etiam Peguer. in quæſt. crimin. capit. quadrageſimoſexto,
322 & ibi numero ſeptimo habetur, † quòd moneta, etiam quòd in ſe eſſet bona, dicitur falſa, & adulterina, ſi à non habente auctoritatem fabricata fuerit, ſed omninò vide Decia. in tractatu crimin libro ſeptimo, cap.24.25.26.27.& 28. to-
323 to ſecundo, vbi magis latè quàm alibi, † de falſæ monetæ crimine,& de præſtantibus opem, conſcijs, & expendentibus, de iudicibus, & probationibus, de excuſationibus ab hoc cri-
324 mine, & de eius pęnis, † & quot modis dicatur falſa moneta, latè Baldus in cap quanto, columna ſecunda in princip. de iureiuran. & in conſilio 376. Domini. de la Scala, vbi dicit, quod moneta falſa dicitur ex tribus cauſis, ex cauſa materiali, ex cauſa formali, & ex cauſa efficiente, & prædicta habetur plenè per Ioannem Antonium de Nigr. in cap.31.de pena infligen. falſarijs, & Afflict. in capitulo primo, in verbo, monetam, in titulo quæ ſint regal. de vſibus feud. ponit viginti duas quæſtiones in materia monetarum, & multa alia dicit in conſtit. adulterinam, & alias quæſtiones in eadem materia ponit Franc. Curt. in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.

325 Item † adde, quòd ſi extaret ſtatutum puniens falſificantem monetam, non procederet in falſificante monetã reprobatam in loco ſtatuentium, quia ſtatutum loquens de moneta procedit in moneta vſuali, Alexan. in l.eleganti,§.qui reprobos,ff.de pignor. act. & in conſilio 104. primo volumine. Marſil.conſilio 71.numero decimo. Tul.Scarlat. conſil. 115. inter conſil.crimin.diuerſor. in fol. libro primo. Barbat. conſil.51.lib.3.Tiraq.de retract.§.1.gloſſ.20.num.12.Chaſſan.in conſuetud.Burgun.in rubr.1.titul 63.commun.opin. in verſ. Monetam falſam,num.4.Rolan.conſil 29.vol.3.Alciat conſil.14.lib.7.Cephal.conſil.230.vol.2. Pariſ. conſ.169. volu.4. Et in hac materia falſæ monetæ, vide Menoch. de arbitr.caſ. 316. vbi multum diffuſè,& Michael.in patrocinio 44.nume-
326 ro quinto,& Viui.opin.519.num.4.volum.2. Et† ex quibus moneta probetur falſa, Maſcard.de prob.concl. 1066.vol.2.

227 Item †adde, ſi extaret ſtatutum, quòd candentes monetam adulterinam pœna capitali feriantur, cudens pecuniam, etiam quod adhuc imaginem Principis non impreſſerit, pęna mortis naturalis eſt puniendus, licet delictum non ſit perfectum. Grammat. deciſ.74.

*dicit eſſe communem opin. Cæpol. conſ. crim. 22. verſ. & quod hoc ſit. Faciunt quæ dixi ſupra verſic. ſolet etiam.*

46 *Dixi etiam,* h *quod circa MONETAM poteſt committi falſitas. Et ſcias, quòd multis modis poteſt quis falſum committere circa monetam. Primo,* i *fabricando falſam monetam: Secundò, adulterando: Tertiò diminuendo: Quartò, illam ſic falſificatam, vel adulteram, vel diminutam expendendo.* k *Falſificans autem monetam Imperatoris punitur pœna ignis, vt eſt tex. in l. 2. C. de falſa moneta, ſecundum interpretationem, quam dicit eſſe communem Viuius in libro*

328 Item adde, †quòd monetam falſam cudens, ſi ea non perfecta, pęnituit pęnã falſi euitat, Gram. conſil.36. nu.19. & Menoc.de arbi.iud.caſ.360. num.10. vide etiã Marſ. in l.qui falſam, ff.de falſ. & in conſ.105.num.5.& Afflict.in conſtit.adulterinam nu.6. vbi ponit caſum, quando aliqui reperti ſunt per curiam cum cunijs aptis ad faciẽdam falſam monetam, & cũ materia mixta pro faciẽdo monetã adulterinã, & dicunt verum eſſe, ꝙ volebant facere falſam monetam,& omnia fuerunt præparata, ſed poſteà pęnituerunt, & noluerunt perficere, & ſi conſtat, quòd eſt verum, non puniuntur pęna ordinaria.

329 Item†adde, quod ſi falſificans bagatinos non tenetur pęna ſtatuti, quia ſtatutum licet generaliter loquatur, non comprehendit viliſſima, & minima. Alex.in conſ.104.nu.7.& per totum, vol. 1.quem ſequitur Afflict.in d.conſt.adulterinam, nu.4.

330 Item † adde, quòd ſtatutum puniens falſificantem monetam debet intelligi de eo, qui monetam ſtatuentis falſificauit;
331 & licet † ſit crimen læſæ Maieſtatis; illud tamen non eſt verum, quando pecunia ſui Principis non fuerit falſificata. Roland. conſilio vigeſimonono, numero 34. vol.3. vbi de priuatione feudi habetur.

332 Item † adde, quòd huiuſmodi crimen falſæ monetæ multa habet ſpecialia, quæ ponit Hoſtienſ.in ſumma. in tit. de crimin. falſi, ſub nu.7.& magis latè Fab. Montel.in ſua pract. arbitr. par.4 nu.403. cum ſeq.

333 Item † adde, quod tingens monetas, vel tingi faciens de iure communi punitur pœna mortis, l.quicunque, ff.ad l.Cornel.de falſ.quem text.not.Marſil.contra illos, qui deaurari faciunt monetas argenteas meretricibus tradendas, in l. qui falſum, num.101.ff.ad l.Cornel. de falſ. & vide infra num. 334.
334 Et quid† ſtante conſuetudine, vide per Bertaz.in conſil.56.
335 Et † quòd faciens cugnos monetæ falſos, puniri debeat, Capel. Tholoſan.deciſ.162.& deciſ. Delphin.443. & 598.
336 Et † ad hoc, vt quis puniri poſſit de falſa moneta, debet apparere de ea euidenter, etiã quod confiteretur, ſe falſam monetam fabricaſſe, Cephal. in conſilio 230. numero vndecimo, volum.2.

337 Item † adde, quod ſciens aliquem cudere monetam falſam tenetur reuelare Bart. in l. lege Cornel.nu.2. ff. de falſis, & Carau.in tit.4.nu.3. *Baiard.*

i *Fabricando falſam monetam.*] Quid de falſificante, vel fabricante monetam reprobatam loco, in quo falſificat, vt Ferrariæ bagatino: Vide per Alex. plenè, atque in terminis, conſilio 104. libro primo. Afflict.deciſ.44. numero decimoquarto,& Boſſ.in tract.crimin.tit.de falſa moneta, nume.4. vbi dicit ſe per conſilium Alex. liberaſſe duos cudentes quadrantes Mediolani. Adde,& per Menochium de arbitrar. iudic. caſ. 316. numer.20. & quæ ego fuſius adnotaui in libro Adnotat. mearum ſuper ſtatu. Ferrar. lib.3. cap.129. de pœna facientis falſas monetas. *Giach.*

k *Falſificãs autem monetam Imperatoris.*] Adde, quod ei denegatur appellatio, vt per pract. Carrer.pag.mihi 58.ſub n. 94. loquitur in falſificante monetam Regis. *Giach.*



k *Falſificans autem monetam.*] Plura per Decia. in tract. crim.to.2.lib.7.cap.23. & quinque ſeq. videndus erit quoque Garſia Maſtrill. de indult. c. 27. *Roſ.*

l *Monetam ciuitatis.*] Farinac. in eius practica crimin.q.115.inſpect.1. vol.5.& præcipuè nu.6. 8.13.& 64. atque 72. & ſeq. plenè. *Roſ.*

m *Ioannem gloſatorem.*] Adde infr. q. 67. verſ. primo ad fin. Dec. in l. ſemper in obſcuris, num.9. ff. de regul.iuris. *Drog.*

n *Radens autem, aut minuens monetam.*] Adde, quod talis radens, & tondens, reducendo monetam ad iuſtum põdus, non dicitur delinquere, neque poteſt puniri, ita per Alciatum in terminis reſponſ. 14. tomo 2. libro ſeptimo, vbi plenè. *Giach.*

338 *Radens autem, aut minuens.*] Adde, quòd de iure Regni Neapol. monetam radens, vel alio modo diminuens, publicatis bonis ad mortẽ damnatur per Conſtitution. Qui nummos, vbi Alciat. & prag. reg. quæ eſt prima ſub tit. de monetis. Et in Statu Eccleſiaſtico per Conſtit. falſam monetam, de falſar. lib.4. capit.64. ſi quis totonderit, vel limauerit monetam, cauſa illam diminuendi, ſi fuerit aurum in centum florenis auri pro qualibet vice punitur: ſed per mot.prop. Pij Quinti, ſub die tertia Nouembris 1570. imponitur pœna vltimi ſupplici tam tondentibus, ſiue radẽtibus monetam auream, quàm argẽteam: & in materia monetarum tonſarum, tradit Marſil. in indiuiduo in conſilio 81.

*commun. opin. in verbo Monetam falſam Imperatoris, & Dida. in lib. pract. q. fol. 339. num. 3. In Gallia autem falſificantes monetam Regis, in aqua feruente, ſiue bulliente ſuffocantur, vt dicit Igneus in rep. §. non alias, num. 597. ff. ad Syllan. Falſificans autem* l *monetam ciuitatis punitur pęna capitali, vt eſt text. in l.1. C.eo.tit. de falſa moneta. Illa tamen pęna capitalis non eſt intelligenda de pęna mortis, ſed deportationis. Et ita intelligunt communiter Doct. vt atteſtatur Alex.conſ. 121. nu. 1. lib. 7. referens* m *Io. Gloſatorem defendiſſe in facti contingentia quendam a pęna amputationis capitis, qui falſificauerat monetam cuiuſdam ciuitatis. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Viuius in loco prælleg. & Didac. pariter in loco præallegato dicit hanc eſſe frequentiſſimam iuris vtriuſque interpretationem. Faciunt quæ dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q.76. circa princ.*

37 *Radens* n *autem, aut minuens monetam auream, ſi liber eſt, beſtijs ſubijcitur: ſi ſeruus, vltimo ſupplicio punitur. l. quicunque, ff. de falſis.*

339 Item † adde, quod radens, & tondens reducendo monetam ad iuſtum pondus non dicitur delinquere, neque poteſt puniri ſecundum Alciatum in conſilio 14. per totum, tomo ſecundo, libro ſeptimo, quem refert, & ſequitur Menoch. de arb. ind. caſu 316.num.36. contrarium autem tenuit, ſcilicet, quòd poſſit puniri pœna falſi, Grat.conſil.59.& 72. volum.1. Beneuen.in tract.de mercat.fol.7. nu.12.Vrſil. ad Afflict. in deciſ.vlt. fol.6.

340 Item † adde, quod tondens monetam, non incidit in pœnam ſtatuti, ſi illæ pecuniæ erant parui momenti, nec eas expendit, ſed miſit ad Zeccham. Bertaz. conſil.552. per totum. Et in materia monetarum tonſarum, quæ ſunt parui momenti, vide Marſ.conſ.71. & Scarlat. conſil.116.volu.1. conſ.crimin.diuerſ. *Baiard.*

o *Expendens autem falſam monetam.*] Adde, quibus mulctetur pœnis monetas falſas cudens, mutilans, tingens, & expendens, plenè, & diligenter explicatum, per Menoch.de arbitr.iudic. libro 2. centur. 4. caſ. 326. Item ſi falſos bagatinos expendiderit quis, qua pœna puniri debeat, vide per Cæpoll.conſ. crimin.77. & quæ dicatur falſa moneta. Et quid de expendente monetam ab alio diminutam.

*Et eſt communis opin. vt dicit Viuius lib. communium opin. in verbo, Monetam radens, Didac. in loco præallegato, nu. 5.*

48 *Expendens autem* o *falſam monetam, ſi quidem nummi ſunt plumbei, vel ſtannei, incidit pęnam legis Corneliæ de falſis: ſi vero non appareat, quòd eſſent plumbei, uel ſtannei, punitur tantummodo pęna extraordinaria iudicis arbritrio. Ita dicit Bart. in l. lege Cornel. in princ. ff. ad l. Cornel. de falſis; ſubdens ſe propter hoc plures euaſiße a pęna legis Cornelię. Et ita tenent etiam Doctores, ut dicit Alex.in d. conſ. 121. num. 3. lib. 7. vbi in facti contingentia ita conſuluit. Saly. autem in l. 2. 6. C. de falſa moneta, tenet indiſtinctè imponendam eße pęnam falſi ordinariam. Et dicit Marſ. in l. qui falſam, num. 64. ff. de falſis, quòd hæc opi. ſeruatur in practica, quem refert Didac. in loco præalleg. num. 4. & Viuius in lib. communium opi. in verbo, Monetam falſam ſcienter. Mihi magis placet opin. Bart. tanquam mitior, & ſecundum illam; ſi caſus contingeret, conſulerem, & iudicarem.*

Item quid de illo, qui falſitatum pluribus ſpeciebus vtitur, ibi. *Giach.*

341 *Expendens autem.*] Adde, † quòd expendens falſam monetam ſcienter debet puniri, niſi doceat ab alio habuiſſe, licet Teſtes non deponant de nomine, ſecũdum Bartolum in l. maiorem. C. de falſ. quod eſt verum, ſecundum Marſil. ibi ſingulariter, quando expendens, eſt perſona honeſta: aliàs teſtis debet de nomine deponere, & Angel. Aret. cum addit. Auguſt. Arimin. in tractat. malefic, in verbo, falſarij, octa-
342 ua columna, & † expendens ignoranter non punitur; quæ ignorantia præſumitur, aut ſaltem iuramento probatur, Crauett. in conſi-
343 lio 244.numer. 4. † & quando monetam falſã expendens, vel habens puniatur, vide Burſat.in conſ.146. vol.1.

344 Item † adde, quòd in Reg.Neap.monetam falſam ſcienter expendens punitur, ut falſificans, qui incurrit pęnam mortis, & confiſcationis omnium bonorum, per conſtitutionem, incipi. adulterinam, & ibi Afflict. nu.7. & Franc. deciſ.401. vol. 2.

345 Item † adde, an expendens monetam ab alio dimin. puniri debeat, & qua pœna, Cæpoll.in conſ.77.& ibi, quæ dicatur falſa moneta.

346 Item † adde, quod expendens falſam monetam, ſi nõ paret, quòd tales nummi ſunt plumbei, vel ſtannei, non incidit in pœnam legis Cornel. de falſis: ſed ſolum pœna extraordinaria tenetur. Alexan.conſil.121.numero tertio, volum.7. & ibi per totum conſilium tenet, defendendo quendam Parmenſem militem, quod expendens quatrinos falſos in parua quantitate, non poteſt puniri ad pœnam ſtatuti, pęnam mortis imponentis,& idem ante eum tenuit Baldus in conſil.155. volum.3. vbi nedum conſiderat rei quantitatem, in qua falſitas ſit commiſſa, ſed qualitatem hominis, & animum illius, & an falſitas potuiſſet nocere, nec ne.

347 Item † adde, quòd monetam argenteam deaurari faciẽs, vt meretricem deludat, leui pœna pecuniaria eſt puniendus, Bertaz.in conſ.56.vol.1.

348 Item † adde, quòd expendens monetam non falſam, ſed pluſquam valeat, non punitur, niſi doloſè expendiſſet pro maiori pretio, quia tunc pœna arbitraria puniri debet, Io. Ant.de Nigr.in c.31.num.3.de pœn. inflig. falſarijs. *Baiard.*

§. FOR-

...ULTA ...O EXCLUSIVO EN LA SALA